

desse possunt. si tibi amice fuerint. **N**ec est generatio querentium dominum. hec iohannes. Et norandum quod ille virtutibus poller qui ex alia previrtute non subiacet nam virtus una. sine alia. aut omnino nulla est aut imperfecta. hec tangit beatus gregorius. xxij. moral. sic dicens. Quisquis virtute aliqua pollere dicitur. tunc veraciter pollet. cum virtus ex alia parte non subiacet. nam si ex alia parte te virtus subdit. nec hoc est solidum. ubi stare putabam. unaqueque enim virtus tanto sola minor est. quanto desunt ceterae. nam sepe quosdam pudicos quidem vidisse nos contingit. sed non misericordes. quosdam quasi misericordes. sed nequaquam iustos. quosdam vero quasi iustos sed in se potius quam in domino confidentes. Certum est. quod nec castitas in eius corde vera est. cui humilitas desit. quippe quod superbia se intrinsecus corumpente semetipsum diligens a divino amore fornicatur. nec humilitas vera est. cui misericordia iuncta non est. quod nec humilitas dici debet. que ad passionem fraternam misericordiam nescit inclinari. **N**ec misericordia vera est. que a rectitudine iusticie aliena existit. quod que potest per iusticiam pollui. nescit proculdubio sibi ipsi misereri. nec iusticia vera est. que fiduciam suam non perditore omnino. sed in se forasse aut in rebus perditis perdit. quod dum a creatore spem subtrahit. ipse sibi principalis iusticie ordinem pervertit. una itaque virtus sine alia aut omnino nulla est aut imperfecta. hec gregorius. **S**ed et hoc sciendum quod magna est virtus virtuosum exi fieri. et tamen vanam gloriam. que ex hoc venit contemneret. Unde beatus augustinus. Virtutes habenti magna virtus est contemneret vanam gloriam. contemptus enim eius in conspectu dei est. nam recte vivere et nolle laudari. quid aliud est. quam inimicum esse rebus humanis. pertinet ad oculos mundum

non intueri. in recte faciendo laudes hominum non habet simplex cor. id est mundum cor. nisi qui transcendit humanas laudes et illum solum intuetur cui recte vivit. qui conscientie solus inspector est. nihil consequentius sinistra videtur significare. quam ipsam delectationem laudis. nesciat sinistra. id est se non immiscet at conscientie tue laudis humane appetitio. hec augustinus. Et sic habemus de virtutibus et eius effectibus.

Filius
Scire cupio que virtus sit prima quam perfectiores debent aggredere ut ad ceteras virtutes sequentes venire possint.

Capitulum .II. De R.

Debes scire quod
 prima virtus et per quam pervenit ad alias virtutes est timor domini. De quo per psalmistam. Initium sapientie timor domini. ipse enim timor totius religionis est exordium. sine quo nullum bonum poterit pullulare vel manere. Teste beato bernardo qui ait. Si ne timore que gratiarum prima est. et totius religionis exordium nullum bonum pullulare poterit vel manere. omne enim virtutum edificium vergit in precipitium. si huius gratie amiserit fundamentum. Quid plura dixerunt sunt timor et religio nec alterum sine altero potest remanere. per timorem enim mundo renunciamus. nosmetipsos abnegamus. crucem nostram post dominum portamus. hec bernardus. **N**am timor domini expellit peccatum ab homine. et nihil conservat ita a virtutibus immunes sicut hec virtus. Unde per sapientem dicitur. Timor domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est non poterit iustificari. Unde beatus iheronimus. Nulla res ab omni peccato ita nos servet immunes

Liber II.

ficut timor dñi et mors supplicij. hęc ibe
ro. Qui enim fidē dei habent timēt sup
plicij. qui timent supplicij continent se
a peccatis. et sequenter a terrena aff
fectōe se disjungūt. De quo per maxi
minū sic dicit. Qui credit dño timet sup
plicij. qui vero timet supplicium absti
net se a vitijs. sustinet tribulatiōem. q̄
vero sustinet tribulatiōem habebit in
deo spem. spes autē in deo sepat ab omni
terrena affectōe. ab hac vero mens se
para habebit circa deū caritatem. hęc
maximinus. Per timorē etiaz dñi ad
p̄miam agendā. ad bene operandū cō
pungimur. et ad mundū relinquendū
animamur. Qd̄ affirmat quedā glos.
sic dicens. Per timorē quippe sanctū
ad bene operandū cōpungimur et ad o
diū omniū visibiliū et cōcupiscibiliū et
ppriū corporis et ppriū voluntatis inui
ramur. et ad agendā penitentiam et ad
mundū relinquendū animamur. et sol
licitudine implemur ad seruiendū dō
sine negligētia die ac nocte. hęc glosa
Qui igit iusticiam desiderat et legem
dei custodire ac cōservare timorē eius
et amorē studeat habere. q̄ difficulter
sine timore poterit quis iusticiā ac pre
cepta illius custodire. De quo basilis
Difficile iusticia sine timore custodit̄
non illum timorē qui tpalia bona si
bi subtrahi p̄mescit. quē perfecta di
lectio foras mittit. sed timorē dñi san
ctū qui p̄manet in seclā. quo iustus de
um quanto ardentius diligit tanto so
lertius offendere cauet. Dicit et inde
cassiodorus. Cum audis q̄ dñs tuus
dulcis est. attende quid diligas. Cum
audis rectus attende quid timeas. ut
amore et timore dei exercitatus legem
eius custodias. Et s̄m beatum august.
Considerandū est q̄ per timorē plene
bonavira retinet. per bonam p̄sciē
na p̄sciencia p̄patur. per bonam p̄sciē

Dist. II. Ca. II.

tiam nulla pena timetur. discat time
re qui non vult tremere. hęc augustinus
Unde notandū q̄ ipse timor locū pre
parat caritati. cū aut caritas cepit in
corde hominis habitare expellit timo
rem qui prius locum caritati p̄pauit
erat. quantū enim caritas crescit timor
decrescit. et quanto caritas fit in corde
feruentior. tanto feruentius timor fo
ras pellit. Necessē ē ergo ut intret pri
mo timor per quem veniet caritas. oc
cupet cor ut inducat caritatē. De hoc
beda super illo verbo iohannis Timor
non est in caritate. sic dicit. Quid di
cemus de illo qui cepit timere diez ius
dici. si perfecta in illo esset caritas nō
timeret. perfecta em̄ caritas p̄fecta fa
ceret iusticiam et non haberet quare ti
meret. imo haberet quare desideraret.
ut transeat iniquitas et veniat regnum
dei. Ergo timor non est in caritate.
sed in qua caritate non inchoata. in q̄
ergo non p̄fecta. q̄ perfecta caritas in
quit foras mittit omnē timorē. Ergo
incipiat timor. q̄ initium sapie timor
dñi. Timor quasi locū p̄parat caritati
cum aut cepit caritas habitare. pellit
timor qui ei p̄pauit locum. quantū
em̄ crescit illa. ille decrescit. et quantū
illa fit interior timor pellit foras. ma
ior caritas minor timor. minor caritas
maior timor. Opus est igit ut intret pri
mo timor per quem veniet caritas. Occu
pet igit cor tuū ut inducat caritatē. iā fa
cta securitate per caritatē in aīo quale
gaudiū nobis ē vel in hoc vel in futuro
seculo. quis nobis nocebit plenis cari
tate. Videte quō exultet ap̄s de ip̄a ca
ritate. quis nos inq̄t sepabit a caritate
et p̄i. tribulatio an angustia. hęc beda
Sciendū q̄ sp̄s timoris sunt sex
Primus est timor naturalis quo timet
quilibet naturalit̄ nociū nature. iste ti
mor nec est bonus nec malus. q̄ non
t. iij.

Inest libero arbitrio. Sed ut timor est
 humanus. quo timet quis pelli sue plus
 debito. hic est malus et quoniam venialis
 et quoniam mortalis secundum quod amor huius vi-
 te ex quo oritur minor vel maior est. Mor-
 talis ut cum quis potius peccaret morta-
 liter quam amitteret vitam suam Venialis
 ut cum quis faceret prius veniale peccatum
 quam mitteret se occidi. Tertius timor est
 mundanus quo timet aliquis nimis
 rebus suis hic similiter malus est. nas-
 cens ex amore reipse temporalium et est quoniam
 mortalis. quoniam venialis penitus eodem
 modo quo dictum est de humano Quar-
 tus est timor servilis quo quis timet
 peccare propter gehennam principaliter.
 De quo timore dicit hugo de sancto vi-
 ctore. Servilis timor est pro evitanda
 pena abstinere a malo. retenta mala vo-
 lunrate. quod beatus augustinus confirmat sic
 dicens. Quando tamen pene non amore
 iusticie fit bonum. non fit in corde quod fi-
 eri videtur in opere. quoniam homo malum non
 facere si posset impune. hinc augustinus. Quin-
 tus est timor initialis. quo timet quis
 et gehennam et dei offensam et habet qua-
 si duos oculos unum ad penam alterum ad
 deum et hic est principalior. De quo dicit
 hugo de sancto victore. Initialis timor
 est pro evitanda pena cum perverso opere
 etiam perversas cogitationes refecare.
 Sextus timor est filialis quo timet quis
 principaliter offensam dei vel separatio-
 nem a deo. De quo dicit hugo de sancto
 victore. Filialis timor est bono firmi-
 ter inherere eo quod illud amittere nolit
 qui ex succedente caritate nascitur ut ip-
 sum timere nihil aliud sit. quam degustatum
 in caritate bonum iam nolle amittere. Et
 hic quidem timor aliquid pene adiuverit
 habet. dum in incerto ambulamus. et pro in-
 vtramque partem adhuc declinare status
 vite sue mutabilis. Sed cum mutabili-
 tas nulla erit tunc nulla ex incerto suspi-

cionis pena inerit. et timor quodammodo
 sine timore erit. ubi et de stabilitate
 certi erimus et tamen reverentiam creatori
 exhibere non desistemus. hinc hugo. Et
 Et notandum quod coiter homines vocantur
 primo ad conversionem per timorem et processu
 temporis per amorem iustificantur. Teste beato
 bernardo. qui dicit timore vocatur amore iu-
 stificatur. nam principium nostre salu-
 tis est timor domini. de quo nascuntur cere-
 te virtutes. quousque ad caritatem perveni-
 unt. De hoc dicit cassianus principium
 nostre salutis atque sapientie secundum scripturas
 timor domini est. De timore enim domini
 nascitur punctio salutaris. de punctio-
 ne cordis procedit abrenunciatio. id est con-
 temptus omnium facultatum. de nuditate
 humilitas procedit. de humilitate mor-
 tificatio voluntatum generatur. de mor-
 tificatione extirpantur atque marcescunt vi-
 tia. de vitiorum expulsionem virtutes fructifi-
 cantur atque succrescunt. De virtutum pullulati-
 one puritas cordis acquiritur. per con-
 dispuritatem apostolice caritatis per-
 sectio possidet. hinc cassianus. Et
 Sciendum quod sicut in vita huius seculi
 audacia fortitudinem parit. ita in via dei
 audacia debilitatem. et sicut in via se-
 culi timor debilitatem. ita in via dei ti-
 mor fortitudinem gignit. Hec tangit
 beatus gregorius. x. moralium. ita dicens.
 Via dei a timore incipit ut ad fortitu-
 dinem deveniat. nam sicut in via seculi
 audacia fortitudinem. ita in via dei
 audacia debilitatem parit. et sicut in via
 seculi timor debilitatem ita in via dei
 timor fortitudinem gignit. Salomo-
 ne attestante qui ait. in timore domini
 fiducia fortitudinis. Timor quippe do-
 mini esse fiducia dicitur fortitudinis.
 quia inimicum mens nostra tanto va-
 lentius terrores rerum temporalium
 despicit. quanto se auctori earundem
 temporalium veracius per fortitudinem

Liber II. Dist. II. Ca. II.

nem subdit. que in timore domini con-
stituta non inuenit extra quod metuat
qz dum recto metu p̄ditori omnium iun-
git. potestate quadam sup omnia sub-
leuat. hxc grego. Iusti etiam viri cum
intente p̄siderat quomodo assistere oportet
coram districto iudice valde p̄si-
mesunt. reducunt namqz ad memoriaz
p̄ua opa que fecerunt. et qualiter di-
stricta illa deus iudicat attendunt et
perituros se absqz dubitacione p̄sciunt
si remota pietate reducunt. Qd idem
beatus grego. viij. mora. tangit dicens
Iustorum mens sp̄ sollicita venturo exa-
mini intendit. omne namqz qd agunt
metuunt. du caute p̄siderant qui ante
quantum iudicem stabunt. intuent potē-
tiam illius magnitudinis. et p̄sant qn-
to reatu p̄stricti sint p̄rie infirmitatis
enumerat mala p̄p̄ operis et p̄tra hxc
aggregantur bona p̄ditoris. p̄siderat
p̄ua que districte iudicet. bona opa
qz subtiliter penset. et p̄ituros se absqz
ambiguitate p̄sciunt si remota pie-
tate iudicent. qz hoc ip̄m quoqz iuste
p̄videmur viuere culpa est. si vitā no-
stram cum iudicat hanc apud se diuina
miscdia non excuset. Hinc in eodem
libro scriptum est Astra non sunt munda
in p̄spectu eius. qz apud deus districte
indicantur ipsi quoqz maculas inquina-
tionis habent qui per mundiciaz san-
ctitatis lucet. Contemplant igitur qz
districtius iudex veniat qui dum vi im-
mense magnitudinis cordium secreta il-
luminat. omnes ante oculos culpas re-
ducit pensant quanta illi firvere cū dia
in p̄spectu tūc totius generis humani
angeloz omniumqz archangeloz p̄fun-
di p̄pendunt. qui post p̄fusionē cruci-
atus maneat et deficienter carnem ge-
lxnna p̄sumat. hxc greg. Pensant etiam
am electi et iusti viri a quanta beatitu-
dine ad quantā corruptionis sue mise-

riam ceciderunt. p̄pendunt namqz nō
que in hac vita tolerant. sed metunt
ne post hanc vitam grauiora patiantur.
lugent qz in hoc exilio et seculo detinē-
tur. timent ne et cum exilium relinqui-
tur mors eterna subsequatur. Sed elec-
toz animus debet talem metum et dol-
lorem a se excutere et ad sola eterne pa-
trie desideria se extendere pondus for-
midinis abijcere. et in virtute amoris
dei se exercere. Ista p̄memorat beatus
grego. xij. mora. exponens illud Job.
Indignatio sagittarum domini ebibit
sp̄m meum. sic dicit. Sagittarum indi-
gnatio sp̄m bibit. qz super ne sentētie
electos quos in peccatis inuenit dum
voluerit immutat. ut duriciā suā tras-
fixa mēs deserat. atqz ex saluifero vul-
nere sanguis p̄fessionis currat. Pen-
sant namqz vnde lapsi sunt. pensant a
quanta beatitudine. ad que corruptio-
nis sue tormenta ceciderunt. et non so-
lum gemunt in his que sustinent. s; in
sup metuunt hoc qd districtus iudex de-
linquentibus de gehenne ignibus minatur
Unde et recte per iob subdit. Et timo-
res tui militant p̄tra me. Iustoz mēs
non solum p̄pendit qd restat. videlicet
qualia in hac vita patitur. metuit. ne p̄
hanc grauiora patiat. lugeat. qz in hu-
ius cecitatis exilio a paradisi gaudijs. ti-
met ne et cum exilium relinquit mors
eterna subsequatur. Jam ergo sententi-
am tolerat in pena. sed minas adhuc
venturi iudicis timet ex culpa. Hinc
p̄s. ait. In me transierunt ire tue et ter-
rores tui p̄urbauerunt me. Interni q̄p-
pe iudicis postqz ire p̄traseunt etiā
terrores p̄turbāt. qz iam aliud de dā-
natōe patimur. et adhuc aliud de eter-
na vltione formidamus. Unde dicit
Et terrores tui militant contra me. ac
si aperte diceret. percussus quidem de
p̄sentibus doleo. sed in hoc doleo sit
r. iij.

gravis quia in pena positus adhuc supplicia eterna ptimeo. Debet tñ a metu et dolore animus excuti et ad sola eterna patrie desideria extendi. Tunc em nobilitate nostre regenerationis ostendimus. si patrem diligimus. que nunc serui mentem dominum formidamus. Unde per paulum dicit. Non accepistis spiritum seruitutis. ite in timore et pondus itaq; formidinis mens electi possinat. in virtute se amoris exerceat. reuocationis sue dignitatem desideret. ad adiutoris sui spem anxiet. que quousq; aspiciere non valet eternitate eius necesse. i. vt intimum cibum suum esuriens expectet. hec gregorius. Qui igitur in pueris uita se positurum considerat. timeat incidere in gehennam et ideo vitam suam emendando et penitentia corrigat. Qui vero iam virtuose uiuit et in statu proficiendi est timeat ne ab eodem statu. per suam negligentiam corruat. Oportet em sicut apostolum ut cum timore et tremore nostram salutem exerceamus ac iugiter in tali salubri metu perseueremus. Sic igitur habemus de timore. **Filius.**

Allez scire que virtus primo oritur de timore.

Ca. III. Pater.

Debes scire quod

ex timore domini procedit siue oritur bona voluntas. qui enim timet propriis excessibus damnari seu a deo separari. mutat voluntatem suam prauam in bonam et sicut timor est initium omnium virtutum sic etiam bona voluntas est origo et mater omnium bonorum. Hoc probat beatus bernardus sic dicens. Bona voluntas in animo est origo omnium bonorum et omnium mater virtutum. sicut e contrario mala voluntas est origo omnium vitiorum et malorum ideo custos anime sue valde sol-

licitius esse debet. circa custodiam voluntatis sue. hec beatus. Unde magnum et principale donum dei est bona voluntas. quia quicquid agitur non potest esse bonum. nisi ex bona voluntate procedat sine qua etiam nemo saluari potest. Unde richardus de sancto victore. Inter omnia bona que ad salutem hominis spectare videntur. primum et principale donum bona voluntas esse cognoscitur. per quam in nobis diuine similitudinis ymago reperitur quicquid homo agat bonum esse non potest nisi ex bona voluntate fiat. similiter malum esse non poterit. sine bona voluntate omnino saluari non potest. cum bona voluntate perire non potest. hec richardus. **P.**

Et notandum quod voluntas corrupta seu inordinata et consuetudo mala plurima sepe vitia quasi naturalia in neglecta conscientia efficere solet. Remissa namque voluntas generat mentis leuitatem ex qua procedunt inconstancia morum leticia vana. cordis lasciuia et multa alia. et in hunc modum omnia genera vitiorum ex aliquo male voluntatis effectum vel male consuetudinis suam singula ducunt originem. Ista commemorat beatus bernardus in epistola ad carthusienses sic ait. Sicut magno aliquando labore et studio perseuerante virtutes trahuntur in affectum et mentem bonam. sic vitia leuissima remissiois leuitentie oportunitate transeunt in consuetudinem. et quasi naturalia efficiunt sed nullum vitium est naturale. Omnis vero virtus naturalis est. Consuetudo tamen vel corrupte vel in alite negligentie plurima sepe vitia quasi naturalia in neglecta conscientia efficere solent. nam remissa voluntas facit leuitatem mentis. ex qua procedunt instabilitas mentis. inconstancia morum. vana leticia. sepe vsq; ad lasciuiam carnis vel multa alia in